



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Summula clarissimi iurisco[n]sultissimiq[ue] viri
Raymundi**

Raimundus <de Pennaforti>

Colonie, 4.III. 1502

VD16 R 168

An ignis purgatorij sit corporalis vel spiritualis

urn:nbn:de:hbz:466:1-31223

Summula Raymundi

Ad ista veniunt ante legem noua patres antiqui morientes sine peccato mortali. de qua dicit dominus in euangelio de diuute et Lazaro Lucae. xvi. Factum est autem ut moreretur mendicis. et portatus est ab angelis in sinum abrae. Sed tamen illa mansio destructa est per christum. quia christus post suam resurrectionem illam mansionem destruxit et omnes animas ibi deprehensas in vitam eternam perduxit. Item ex quo hic fit mentio de suffragiis mortuorum. tunc dubitaret quis que tamen sunt illa suffragia que animabus prodesse possunt. Respondet beatus Gregorius. quod sunt quatuor videlicet preces. missae. elemosine. et ieiunia. Per ista enim quatuor minuuntur peccata in purgatorio. videlicet. Missa. preces. dona. ieiunia. quatuor ista. Absoluunt animas quas ardens detinet ignis

Item dubitatur. utrum pena purgatorii sit equalis pene infernali. Respondetur quod sic quantum ad tormentum. sed tamen illa est diuina. quia pena purgatorii est temporalis et transitoria. infernalis vero eterna. Etiam iste aie in purgatorio habent consolationem propter spem redemptionis. Iste autem aie qui sunt in inferno nullam habent consolationem. quia sciunt se esse eternam damnatas

Item queritur. utrum pena in purgatorio sit maior pena totius mundi. Respondetur coiter loquendo. tunc pena purgatorii est maior et crudelior omni pena huius mundi. sed tamen potest esse minor quam iuxta gravitatem criminis

Item. utrum ignis purgatorii sit corporalis vel spiritualis Respondetur secundum beatum Gregorium quod in purgatorio est ignis corporalis qui est idem ignis in specie cum igne infernali. Sed diceret quis. inter agens et patiens debet esse proportio. primo de generatione. sed inter corporale et spirituale non est proportio. ergo anima non punitur igne corporali. Respondetur. naturaliter hoc bene esset verum quod concluditur per argumentum. sed aie parantur ibi ex diuina admissione et ordinatione et non naturaliter

Item queritur. utrum purgatoriu maneat post nouissimum diem. Respondetur simpliciter quod no. quia deus et natura nihil faciunt frustra. primo celi. sed post nouissimum diem nulla erit pena transitoria. sed omnis anima aut saluat aut damnat. si saluat tunc ascendit in altitudinem summe deitatis et vere beatitudinis. si damnat tunc descendit in profunditatem inferni. igitur post tunc poneretur frustra purgatorium.

Etiam queritur. utrum celebrare missam pro anima una iuuat omnes alias animas. Respondetur quod celebratio pro vna speciali anima generaliter prodest omnibus animabus existentibus in purgatorio quo ad liberationem. sed tamen illi anime specialiter prodest quo ad honorem. Exemplum. sicut candela ponitur ante principem ad eius honorem. tamen omnibus assistentibus lucet. Item queritur. utrum peccator existens in mortali peccato bona operationem pro defunctis faciendo possit animas absoluere a pena purgatorii. Respondetur. aliquem facere bona opera pro defunctis intelligitur dupliciter. Uno modo secundum se et absolute. Alio modo in quantum est minister ecclesie. Primo modo si peccator existens in peccato mortali facit aliquam bona opera pro defunctis secundum se et proprio nutu et motu et non in virtute ecclesie. tunc illa suffragia non prosunt animabus in purgatorio existentibus. ut dicit sanctus Thomas de aquino. Si vero illa operatio per hominem fieret in christum est minister ecclesie. et in numero fidelium. tunc eius suffragia prosunt anime

Item queritur. utrum purgatorium sit pars inferni. Respondetur